



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

Habiti Riccio honores à Proreg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

enim, & Hoanum amnes iungit alueus leucarum ad ducentas, opus
vnius ex Priscis Regibus; & quæ naues Pechinum annonas compor-
tan co sunt numero, & prærogativa lege, vt cogantur aliæ ad ripas
dies quinque interdum ne cursum eatum morentur subsistere. Eunu-
chus annonæ Præfectos spectaculo munera demulcens quæ Regi fe-
rebat Riccius, magno sumptuum & moræ compendio pergebat: quam-
cumque ad urbem, quibus passim prætenditur alueus, applicuissent
Eunuchi nauigia, siebat ad Ricciū, vbiique celebreū, concursus do-
ctorum hominum, vt horas cum eo aliquot, sermone non vacuo te-
rerent, quibus sui huius ad aulam accessus, & donorum quæ Regi de-
stinarat vnam hanc edens rationem, vt diuinæ legis promulgandæ li-
bertatem ab eo impetraret, Regnique in viam inducendi beatitatis
sempiternæ; relinquebat vbiique nonnullam religionis veræ notitiam,
& desiderium de illa fusius audiendi, quandoque si Deus annueret pro-
ficiunt, fuit Mandarinus nomine Leusintunus cui animi cura, & cul-
tu idolorum nihil erat antiquius; is vbi Ricciū cognovit. Zinimum
appulisse, urbem Sciantunensis Provinciæ in qua Proregis officium
gerebat, misit illico suos cum gestatoriis rogans ne grauaretur ad pala-
tium deferti, & occurrit intranti, eo benevolentie & honoris parata,
quo mortalium neminem dignantur Proreges. Degebat ibidem Licious,
qui raso capite, publicorum professus abdicationem, scribendis libris &
morum præceptionibus senile otium occupabat. Cumque esset Riccio
in paucis addictus, famulum pridem ad ripam præmisserat qui aduen-
tantem sibi nunciat. Cum his aliquot horas de rebus animi colloca-
tus, à Prorege discessit, spem magnam testante, potiundæ cum eo ali-
quando celestis glorie. Vix se in nauim retulerat, moxque vrbis om-
nis commoueri, Proregis ad eum aditu improviso, qualē ex more olim
descripsimus aulico strepitu, & satellitio, terribilem simul, & hono-
rarium. Praeuiuit vt solet cum libello nuncius à Prorege, qui ad futurum
indicaret. Securus est nobilis ab eodem, argenti pondus non modicum
dono ferens. Prorex denique paulo post in nauim exceptus à Riccio iis
tituum legibus quæ tantum decebant Magistratum: quibus attonitus
Leupusieus Eunuchus, & Mandarimorum multitudo; apud se multa &
intet se versare ac loqui, de excellentia illius Peregrini quem Prorex
tantis honoribus dignaretur. Postridie Riccio visendi obsequia referen-
ti, adfuit cum filiis Prorex, & sapiens Licious, benevolentia tam fa-
miliari & domestica, vt deinde scriberet Riccius visum sibi apud amicissimos
Christianos non apud Ethnicos agere. Probarunt magnopere
præceptionem eius Pechinensem, laudarunt excelsitatem propoliti quo
ad eam impulsus fuerat, libellum quoque Regi exhibendum poposce-
runt, quem haud satis doctè compositum, ex difficiili, solisque Regi-
bus peculiari forma emendarunt. Denique abeuntem comitati sunt li-
teris ad amicos, quibus vnis tot inter alias magnum pondus inesse ex-
pertus est. Post molestam dierum quadraginta navigationem Lincinum

Habiti Ric-
cio honores
à Proreg.

B b 2

sex naues peruenerant, vbi pendunt vestigal merces omnes quæ in di-
ctum antiquitus Cataium portantur; hoc est in borcales Prouincia.
Vestigalium illic redemptores, Rex ultra omnem modum pecunia ap-
petens, alios esse non patitur præter rapacissimos exactores, cuiusmo-
di tunc fuit nescio quis ex primariis Palatij Eunuchis Mathanus, pessi-
mæ gentis & nocentissimæ pessimus, & rapacissimus: non erant se-
naues vestigali obnoxiae quæ tributum serici Pechinum, Prouinciarum
nomine ad Regem perferebant; coegerit tamen Lepusium Eunuchus
earum ductorem, grandi pretio transitum egere, donisque minime
vulgaribus, quæ ingluuiem barbari cum parum explorarent, sustinebat
interim discessum festinantis, certo capitis eius periculo, si Pechini
tributum non potuisset tempore sistere. Necessitate igitur ad innatam,
& incoetiam malignitatem accedente; erat enim & ipse Eunuchus,

^{64.}
Perfidia Eu-
nuchi ad per-
dendum Ric-
cium.

pernitie Ricci statuit sibi consulere. Mathanum adit, indicium facit
de Extero Nanchini sibi concerto, summis vbiique honoribus affecto.
Deferrit ab eo ad Regem munera ex orbe altero quæ theatrum admittan-
tionis omnibus exhiberent. Maius tamen esse gemmarum pretium quo
celaret: ac dona quidem omni iure posse ex eo capi, Regique offensum
& fore illi, si vnguam aliud gratissima, & acceptissima exploraret
hæc indicia per suos, mitteretque in nauim, certò de iis cognitorum
mittitur illico Eunuchorum turba, rimantur, & intropisciunt omnia, &
pulchritudine donorum stupefacti, Mathanum in prædam ardenter
narrando incidunt, quamobrem Riccio per eos denuntiat velle se in
naui secum illum habere. At nimium doctus harpyatum eiusmodi natio
quid possit & soleat, Ciuanloum consulit Mandarinum, severitas
antiquæ vitum, proin tanto exosum Mathano, quanto formidatum;
sibi autem sic pridem addictum ut suum appulsum per seruum præver-
teret, qui se domi haberet hospitem: indoluit grauiter Mandarinus, v
qui prospiceret Riccio calamitosius nihil potuisse contingere; nam si
prioritaret Harpyam impotentem, veller modo scelestus, illius manibus
erat pereundum; si vero se illi permitteret, versatum iri ab eo quo-
cumque commoda, & lucra raperent. Ceterum ne nullies quidem iu-
rato crederet; quo fideliorum se fingeret, hoc fraudentiū fidem pro-
diturum. Hæc dum consilia miscerent adest anhelus è naui famulus vi-
gens Ricciū festinaret ad honestandum Machani visentis ad nauim
accessum, portabatur ingenti octophoro, pone & ante agmen carnifi-
cum quibus id pensi est tumultu horribili, v lulatibus, rugitu, & con-
fuso peluum fragore terrorem bestiæ quam gestabant occurrentibus
augere: se tamen Riccio mirè assabilem præbuit, dona regia prosecu-
tus est singulari laude; sua officia opemque detulit enim verò sua,
qui posset omnia apud Regem, dignum esse tutela qni tam illustri
obsequio, & tam liberali veneraturus Regem tam procul aduenis-
set, suscipere se illam curam ut allata dona in Regis manus peruen-
tent; tantum ipse optaret inter multa magnaque præmia quod mal-
let, vel ipsam & placet Mandarinū cum censu perpetuo dignitatem: